



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quid sanctus Gregorius de Iudæis præceperit. xci.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De Iudæis, si Christianum mancipium circum-
ciderint. Cap. XC.

SI quis Iudæorum Christianum mancipium, vel cuiuslibet sectæ alterius, emerit & circumciderit, à Iudæi ipsius potestate sublatuſ in libertate permaneat.

Ex cõcil. apud Theogonis vilam habitato, ca. 4.

Quid sanctus Gregorius de Iudæis præceperit. Cap. XCI.

Ioseph præsentium lator Iudæus, insinuauit nobis de loco quodam, in quo ad celebrandas festiuitates suas Iudæi in Terracinenſi castro consistentes, conuenire cõsueuerant, quod tua eos fraternitas expulisset, & in aliũ locũ pro colendis similiter festiuitatibus suis, te quoque noscẽte, & consentiente migrauerint, & nunc de eodem loco, etiam expelli se denuo conqueruntur. Quod si ita est, volumus tua fraternitas ab huiusmodi se querela suspendat, & loco quem, sicut prædiximus, cum tua conscientia quo congregentur, adepti sunt, eos, sicut mos fuit, ibidẽ liceat conuenire. Hos enim, qui à Christiana religione discordant, mansuerudine, benignitate admonendo, suadendo, ad vnitatem fidei necesse est congregare, ne quos dulcedo prædicationis, & præuētus futuri iudicis terror ad credendum inuitare poterat, minis & terroribus repellantur. Oportet ergo, vt ad audiẽdum de te verbum Dei benignẽ conueniant, quàm austeritate quæ supra modum extenditur, expauescant.

Ex reg. Greg. ad Ioannem Terracinensem episcopum.

De illis baptizatis, qui pro periculo mortis à diaconibus baptizati fuerint. Cap. XCII.

SI quis diaconus regens plebem, sine episcopo vel presbytero, aliquos pro periculo mortis baptizauerit, episcopus eos per benedictionem & cõfirmationem perficere debet. Quod si antè de seculo recesserit, sub fide qua quisque credit, poterit esse iustus.

Ex cõcil. Turonico cap. 3.

De illis qui presbyteros cogunt denarios pro balsamo dare. Cap. XCIII.

Quidam fratres dixerũt consuetudinis antiquæ fuisse in eorũ Ecclesiis, vt pro balsamo emendo ad christificandum, siue pro luminaribus Ecclesię concinnandis, binos vel quaternos denarios presbyteri darent. Vnde omnes vno consensu statuimus, vt sicut pro dedicandis basilicis, & dandis ordinibus nihil accipiẽdum est, ita

Ex cõcil. Cauallõ, cap. 5.

R